

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6407

**Auteur(s) :** Jourdain de la Mare [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Mathieu, Cressy, Notre-Dame, dépendance Saint-Lô de Rouen (prieur)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1286, mai

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jourdain de La Mare reconnaît devoir à perpétuité quatre mines d'avoine, à 2 deniers moins, de la plus belle du pays au prieur de Cressy, sur 2 acres de terre qu'il tenait de Mathieu de Moy.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° LVIII k, p. 388-389.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Jordanus de Mara recognosco me teneri Matheo priori de Cressyaco executori testamenti seu ultime voluntatis Mathei de Moy militis defuncti in quatuor minis avene annui redditus pretio melioris avene totius patrie duobus denariis minus, quem redditum ego Jordanus de Mara debebam et solvebam Johanni de Moy militi fratri dicti defuncti pro duabus acris terre sitis inter terram roberti le Prieur ex una parte et terram Rogeri de Bourval ex altera abutantibus ad terram Ysabelis de Sancto Medardo ex uno buto et ad viam de Bosco Rohardi exaltera. Quam videlicet terram ego dictus Jordanus tenebam de dicto Johanne de Moy milite qui me atornavit ad reddendum et solvendum dicto priori dictum redditum duobus terminis anni quibus ego dictus Jordanus reddebam et solvebam domino Johanni de Moy militi videlicet ad festum Sancti Michaelis duas minas et ad festum omnium sanctorum inde sequens alias duas minas. Et nisi ego Jordanus et heredes mei predictum redditum dicto solverimus predictus prior et eius successores poterunt omnino super terram predictam justiciam suam facere absque aliqua contradictione. Tenendum et possidendum seu habendum de cetero et in perpetuum dicto priori et eius successoribus de me et heredibus meis bene et in pace libere et quiete et ad faciendum suam penitus voluntatem. Et dictus Johannes de Moy miles tenetur dictum redditum dicto priori et eius successoribus contra omnes garantizare et ab omnibus impedimentis liberare salvo iure dominico absque oppositione vel reclamazione aliqua Johannis de Moy militis vel heredum suorum in posterum faciendis. In cuius rei testimonium et ut hoc robur firmiter obtineat ego prenomatus miles et ego Jordanus de Mara presentem cartam dicto priori sigillorum nostrorum munimine tradidimus roboratam. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. octogesimo sexto mense maii. Testibus hiis domino rogero de Busco Petro de Castro clerico. Radulfo Bouestel et pluribus aliis.